

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Ambicio m
cum fontibus primis

Annon limina
apostolorum iam plus ambicio quam
deuocio terit? Annon uocibus eius
uestrum tota die resultat palacium?
Annon questibus eius tota legum
canonumque disciplina insudat?
Annon spoliis eius tota Ytalia inhiat
inexplebili auiditate?

Annon limina
Apostolorum plus iam ambitio quam
devotio terit? Annon uocibus eius
uestrum tota die resultat palatium?
Annon quaestibus eius tota legum
canonumque disciplina insudat?
Annon spoliis eius omnis Italica inhiat
inexplebili auiditate
rapacitas?

Bernardus Claraeuallensis, *De*
consideratione ad Eugenium, 3.1.5
(SBO 3, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M.
Rochais eds., p.434, ll.19-23).

Non quod ualde Romani curent quo fine
res terminetur, sed quia diligunt
munera, sequuntur retributiones.
Nude nuda loquar, non detego uerenda,
sed inuerecunda confuto.

Huius rei gratia non pigritantur crebro
terere limina apostolorum, inventuri et
ibi, quod magis dolendum est,
qui suae faveant improbae voluntati:
non quod ualde Romani curent, quo fine
res terminetur, sed quia ualde diligunt
munera, sequuntur retributiones.
Nude nuda loquor, nec retego uerenda,
sed inuerecunda confuto.

Bernardus de consideratione ad
Eugenium libro III.

Bernardus Claraeuallensis, *Epistula de*
moribus et officio episcoporum, 29.7
(SBO 7, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M.
Rochais eds., p.124, ll.14-18).